

## 3.

## Briefe aus der Reformationszeit.

Mitgeteilt von  
**Otto Clemen.**

Die Hauptbibliothek der Franckeschen Stiftungen in Halle a. S. besitzt einen dicken Folianten (Signatur: A 117), der Abschriften aus dem Ende des 17. Jahrhunderts von Briefen aus der Reformationszeit enthält<sup>1</sup>. Dafs diese Abschriften von den Originalen genommen sind, ergibt sich schon daraus, dafs bei den einzigen drei Briefen, die von Kopien abgeschrieben worden sind, das ausdrücklich bemerkt wird; es sind dies die Briefe Luthers an seine Käthe vom 6., 10. und 14. Februar 1546 (de Wette V, 786 ff.); über den Abschriften lesen wir hier die Bemerkung: „Sequentes litterae tres ex apographis fide dignis desumptae sunt.“

Die Originale zu den meisten dieser Briefe befinden sich noch jetzt auf der Gymnasialbibliothek zu Meiningen. Bei mehreren anderen läfst sich nachweisen, dafs die Originale früher sich dort befunden haben<sup>2</sup>. Wir können daher auch bei denen, betreffs

1) Ich fand die Handschrift angezeigt S. 12f. der Festschrift: Aus der Hauptbibliothek der Franckeschen Stiftungen. Zur Begrüßung der 47. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Halle a. S. dargebracht von dem Kollegium der Lateinischen Hauptschule, Halle a. S. 1903.

2) Einige Originalbriefe sind aus Meiningen in die Autographensammlung auf der Feste Koburg übergegangen, nämlich Enders X, Nr. 2411, CR III, Nr. 2049, V, Nr. 2727, Kawerau I, Nr. 7, II, Nr. 572, 688, 707, 794, 888. Außerdem fand ich in Koburg einen kurzen Neujahrsglückwunschbrief von Justus Jonas an Lazarus Spengler vom 18. Januar 1533, der gewifs zugleich mit dem an Abt Friedrich Pistorius (vgl. über ihn Enders VI, 42<sup>1</sup> und dazu van Hout, Zum Briefwechsel des älteren Hieronymus Baumgartner, Programm des Kgl. Gymnasiums zu Bonn 1877, S. 17f.) vom 17. Januar (Kawerau I, Nr. 229) nach Nürnberg abging, und einen Brief von Erasmus Alberus an Jonas, Wittenberg, 28. Januar 1546, den ich hier noch mitteilen möchte. Nachdem Alber die Bitte ausgesprochen hat, einen beiliegenden Brief nach Merseburg zu befördern, fährt er fort:

Quod tamen ne facias frustra, en tibi distichon a me nuper compositum, quo similiter inuenies annum a natiuitate domini millesimum quingentesimum quadragesimum quintum, quo captus est hostis ille et mortuus Cardinalis:

Mencz obit, Hencz capitur, soli tibi gloria, Christe,

Hostis erat verbi quantus vterque tui!

Ego adhuc versor hic apud D. Martinum et D. Philippum, praeceptores

deren sich dieser Nachweis nicht mehr erbringen läßt, vermuten, daß die Originale einst dort vorhanden waren. Nur zu den Briefen von Batizius, Bruschi, Eoban, Hutten, Mosellan und Tricesius befinden sich die Originale in der *Collectio Camerariana* zu München.

Unsere Abschriften bieten leider keinen sehr guten Text. Das gilt auch von den Briefen, die bisher unbekannt waren und im folgenden veröffentlicht werden. Ich habe, so gut es ging, zu bessern gesucht.

Die Abschriften waren angefertigt worden, um zum Druck befördert zu werden. Das ergibt sich aus folgender Beobachtung. Der Abschreiber hat sein Manuskript einem Fachkollegen unterbreitet und an einigen Stellen, die ihm bedenklich schienen, an den Rand geschrieben: „An haec oblitteranda? Annon haec quoque omittenda? Annon haec epistola plane omittenda?“ oder dgl. Daß der Consiliarius ein noch ängstlicherer Herr gewesen sein muß, ist daraus zu erkennen, daß er nicht nur auf diese Fragen immer mit „omnino“ geantwortet, sondern auch z. B. bei der harmlosen Stelle in Bugenhagens Brief an Jonas vom 31. März 1544, in der Bugenhagen, der ja ein bißchen Galanterie nicht unter seiner geistlichen Würde gehalten haben mag, von Jonas' Gattin sagt: „quam non visam ego senex amo“ usw., am Rande bemerkt: „Consultius haec omittuntur“.

Die allermeisten der in der Handschrift enthaltenen Briefe sind schon gedruckt. Ich gebe hier eine Übersicht, indem ich bei jeder Nummer die Seite unserer Handschrift hinzufüge.

de Wette, Luthers Briefe V, Nr. 2011 (376). 2125 (378). 2145 (380). 2317 (441). 2320 (443). 2322 (445). 2727 (145).

Enders, Luthers Briefwechsel V, Nr. 1033 (370); VIII, Nr. 1795 (373). 1802 (372). 1840 (370); IX, Nr. 1977 (374); X, Nr. 2411 (170).

Corpus Reformatorum III, Nr. 2048 (364). 2057 ohne catalogus legatorum (15). 2084 (94); IV, Nr. 2235 (49). 2247 (234); V, Nr. 2671 (194). 2738 (147); VI, Nr. 3932 (292). 4002 (226).

---

charissimos, donec ostendat mihi pater coelestis locum, ubi predicem gloriam filij sui domini nostri Jesu Christi. Interim dolor ac tedium exilij mei hac suauissima conuersatione non mediocriter leuatur. Offeruntur aliquot condiciones mihi, sed vsurus sum consilio D. Martini et Philippi. In Christo Jesu vale! Saluto vxorem tuam, socerum, socrum et ecclesiae vestrae ministros, doctorem Chilianum, consules caeterosque nostros. Datum 5 cal. Febr., quo obiit Carolus magnus ante annos 731, MDXLVI. Tuus Erasmus Alberus.

Auffällig ist, daß Alber vergessen hat, daß er jenes Chronogramm auf das Jahr 1545 schon am 10. Januar (Kawerau II, 175) an Jonas geschickt hat.

Böcking, Opera Hutteni I, p. 313, Nr. 142 (399).

Horawitz, Caspar Bruschius (Prag u. Wien 1874), S. 205, Nr. III (425), S. 209, Nr. V (413), S. 210, Nr. VI (409), S. 232, Nr. XXII (427).

Krause, Epistolae aliquot selectae virorum doctorum Martino Luthero aequalium, Beigabe zum Osterprogramm des Herzoglichen Francisceums in Zerbst 1883, Nr. V (391); VI (393); VII (389); VIII (387).

Derselbe, Helius Eobanus Hesus. Sein Leben und seine Werke (Gotha 1879), II, S. 278, Nr. 18 (401). 19 (412). 21 (406). 25 (408). 28 (405). 32 (395)<sup>1</sup>.

Kawerau, Der Briefwechsel des Justus Jonas (Halle a. S. 1884f.), I, Nr. 3 (61). 14 (134). 46 (139). 62 (59). 70 (66). 72 (65). 101 (74). 112 (74). 153 (64). 310 (286). 311 (336). 315 (72). 347 (218). 393 (174). 459 (88). 460 (78). 461 (76). 462 (86). 464 (290). 467 (92). 489 (55). 505 (41). 515 (45). 516 (82). 523 (282). 524 (33). 528 (258). 547 (230). 552 (166). 553 (63); II, Nr. 572 (286). 573 (238). 575 (232). 579 (90). 580 (240). 581 (254). 593 (244). 594 (151). 608 (248). 609 (176). 611 (149). 613 (149). 614 (246). 617 (284). 622 (260). 629 (154). 630 (152). 636 (178). 640 (288). 644 (156). 648 (160). 651 (306). 664 (308). 666 (162). 669 (312). 673 (164). 676 (102). 684 (108). 688 (118). 690 (145). 700 (106). 702 (110). 707 (47). 709 (116). 717 (190). 770 (300). 773 (206). 776 (310). 780 (188). 790 (184). 794 (296). 814 (328). 824 (294). 829 (216). 834 (220). 841 (304). 845 (222). 846 (350). 847 (228). 848 (344). 849 (354). 850 (252). 851 (342). 856 (346). 859 (348). 860 (358). 861 (340). 862 (338). 866 (360). 867 (192). 870 (302). 872 (330). 881 (362). 882 (272). 888 (214). 899 (274). 904 (262). 914 (266). 917 (278). 919 (180). 920 (198).

Gillert, Der Briefwechsel des Conradus Mutianus (Halle 1890), Nr. 342 (128). 530 (126). 547 (122). 559 (385). 578 (397). 603 (136).

Hartfelder, Ungedruckte Briefe an Melanchthon, Zeitschrift für Kirchengeschichte XII (1891), S. 190—192 (421)<sup>2</sup> und S. 194f. (429).

1) Die hier angeführten Briefe hat Krause nicht abgedruckt, aber verwertet.

2) Der Briefschreiber Andreas Batizi ist am 19. März 1543 in Wittenberg immatrikuliert; die ungarischen Landsleute, die er S. 192 als seine Gläubiger nennt, sind Blas. Byhorinus (22. März 1543), Jos. Pesti (22. Nov. 1540) und Kaspar Petzsche aus Klausenburg (W. 1539/40). (Freundl. Mitteilung von Herrn Prof. Flemming in Pforta.) Über Georg Werner S. 192 vgl. Flemming, Beiträge zum Briefwechsel Melan-

Trotzdem lieferte eine genaue Durchsicht der Handschrift noch eine ganz hübsche Ausbeute. Insbesondere kamen mehrere bisher unbekannte Briefe Bugenhagens an Jonas zutage<sup>1</sup>. Aber auch die Briefe von Luther, Melanchthon, Reuchlin und Erasmus wird man willkommen heißen. Ausgeschlossen habe ich vier Briefe von Mutian (120, 130, 132, 138), weil sie zu schlecht überliefert sind<sup>2</sup>, ferner einen Brief des Andreas Tricesius an Camerarius vom 9. April 1550, weil ihn nächstens in größerem Zusammenhang Theodor Wotschke veröffentlichen wird, endlich zwei Briefe von Wolfgang Lazius<sup>3</sup> an Camerarius vom 3. März 1553 und 17. Mai 1558 (am Schlusse der Handschrift), weil sie die Reformationshistoriker weniger interessieren würden.

1. Reuchlin an Eobanus Hessus, Stuttgart, 26. Oktober 1514 (141)<sup>4</sup>.

Helio Eobano Hesso politioris literaturae praeceptori Erdifordiae amico suo quam observandissimo.

S. D. P. An tu non videas, Hesse, mecum simul, quam istae crudeles picae mendicae<sup>5</sup>, istae Harpiae Cyanoleucae<sup>6</sup>, non illi fratres Arvales, qui Romuli aetate religiosi erant, sed hi

chthons aus der Briefsammlung Jacob Monaus (Naumburg a. S. 1904), S. 38.

1) Sie bilden einen bedeutsamen Nachtrag zu O. Vogt, Dr. Johannes Bugenhagens Briefwechsel, Stettin 1888. Dazu: Baltische Studien 40 (1890), S. 1—16, N. F. 2 (1898), S. 57—64, N. F. 3 (1899), S. 129—136.

2) Nur aus dem Briefe Mutians an Jonas p. 120 der Handschrift, der zwischen dem 21. Jan. (Henning Goede gestorben) und 6. Juni 1521 (Jonas als Propst in Wittenberg installiert) geschrieben ist, sei hier eine Stelle mitgeteilt: Prudenter agis quod te offers Romanensibus. Magna vir est auctoritate Jacobus [Questenbergensis] utriusque linguae interpres. Carmen facit elegans. In diplomatis pontificalibus nemini secundus. Vis esse praepositus, hunc adi, huic vota crede. Scio, profuerit. Sed adi non sine arrabone et literarum illecebris more Romano; blandimentis laetantur aures delicate. Über Jakob Questenberg vgl. zuletzt Frdr. Güldner, Zeitschrift des Harzvereins für Geschichte und Altertumskunde 38 (1905), S. 213—276 und H. A. Creutzberg, Karl von Miltitz 1490—1529 (Freiburg i. Br. 1907), S. 119.

3) Über ihn vgl. zuletzt O. E. Schmidt, Neues Archiv für sächsische Geschichte 24 (1903), S. 113f.

4) Es ist das hier die Antwort Reuchlins auf Eobans ersten Brief an ihn. Wir kannten bisher erst einen Brief Eobans an Reuchlin vom 6. Januar 1515 (L. Geiger, Johann Reuchlins Briefwechsel (Stuttgart 1875), S. 233; Krause, Helius Eobanus Hessus I, 144 u. 175; C. G. Brandis, Jahrbücher der Kgl. Akademie gemeinnütziger Wissenschaften zu Erfurt, N. F., XXIII [1907], S. 272).

5) Diese Ausdrücke für Dominikaner gebraucht Reuchlin auch sonst, auch Mutian (K. Gillert, Der Briefwechsel des Conradus Mutianus II [1890], S. 117. 244).

6) blauweiß; fehlt in den Lexicis.

fratres Dominicales, qui nostro aevo a religione labascunt, indefessa bella gerant, ut mihi vix concedatur spirare ac aliquando vires resumere? Et tu moleste quereris me tuis ad me datis literis in hoc tam laborioso tempore nihil respondisse! Tristius haud illis monstrum nec saevior ulla pestis<sup>1</sup>! quotidie calamum agitant meum et mentem pene defatigato mihi alio impellunt, ut melioribus literis incumbere nequeam. Tu potes in Helicone choreas ducere ascræoque<sup>2</sup> calamo imitari Musarum voluptates. At mihi non est integrum inter tot crabrones consusurrare<sup>3</sup> aut quippiam vel serium et rigidius Catone meditari. Ergo nisi te amem, invidebo illi tuae prosperitati et mei miserebor, quod tu princeps rei literariae nobilissimus carens aemulis, cum non modo tam illustres generosi animi tui conatus, quos in Heroidibus<sup>4</sup> ostentas, verum etiam nomen ipsum tuum tantae maiestatis signaculum ad invidiam multos concitare debuerat, ut est nunc hominum multorum conditio senescente mundo. Ephesiis<sup>5</sup> enim Hessen idem quod Rex latinus dicitur Callimacho poëta Cyrenaeo teste, qui Iovem non sorte lectum esse regem deorum asserit, sed operibus manuum, in hymno ad Iovem hoc utens carmine<sup>6</sup>: οὗ σε θεῶν ἑσσηνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν, ubi Hessena summum Regem designat. Inter enim aetatis tuae christianos poetas ipse Rex es, qui scribendis versibus quodam potentatis et ingenii dominis eminentiore plus caeteris metro imperas et syllabas quasque ad regulam regis. Gratulor itaque universitati Erfordiae, quod te tali clarescunt viro. Nec me in odium eius, quominus de suo splendore ac laudis amplitudine gaudeam, unquam concitabunt quidam male de me homines meriti tecum habitantes<sup>7</sup>, qui tametsi Neologiam profitentur, tamen in condemnando mea dei vocem non sunt secuti: „Adam ubi es<sup>8</sup>?“ ipsi autem illi inter peiores non dico boni, sed minus mali fuerunt. Quamquam omnes cum suis complicitibus, qui non vident trabem in oculo suo, expectabunt dei iudicium dicentis<sup>9</sup>: „in quo

1) Verg. Aen. III, 214 sq.

2) helikonisch; Prop. 2, 10, 25.

3) Mit jemand zusammenscheln; Ter. Heaut. 3, 1, 64 (473).

4) Heroidum christianarum epistolae, Lipczk 1514 (Krause I, 124 ff.).

5) Das Stück „Ephesiis — Rex es“ ist schon CR I, 677\*\* zitiert; Bretschneider gibt aber nicht an, wo er den Brief, den er ins Jahr 1524 setzt, gefunden hat. — Zur Sache vgl. Krause I, 144, CR I, 613.

6) v. 66.

7) Über das Gutachten der Erfurter theologischen Fakultät, das Reuchlins Augenspiegel (unbeschadet der persönlichen Ehre des Verfassers) verdammt, vgl. Krause I, 172.

8) Gen. 3, 9.

9) Matth. 7, 1 ff.

iudicio iudicaveritis, iudicabimini. Nolite condemnare et non condemnabimini.“ Certum hoc est, non mentitur Deus. Tu vero, quamquam omnium bellorum exitus incerti sunt, tamen de mea causa spem concipe, quod has volucres<sup>1</sup> prorsus superabo. sententiam diffinitivam cum executione obtinui. Sed adversarii victoriam meam putantes fore suam infamiam, omni diligentia invocaverunt Francorum Regem. mirum quod non etiam Persarum, summum item pontificem et alios Principes exorcisarunt, ut sententiam Apostolicam labefactarent. Quapropter ego licet victor illos Romam citavi, ut ab hoc exemplo discere potes<sup>2</sup>. Unde paulisper suspende chelym, dum conclamatum fuerit. Interea tamen, si me amas, adapta Citharam et Musis materiam collige. Atque feliciter vale! E Stutgardia VII. Kal. Novembris Anno 1514.

Joannes Reuchlin Phorcensis L. D.

2. Eoban an Georg Sturtz<sup>3</sup>, 21. Juni 1523 (403).

S. Repentinus tuus ac mihi inopinatus abitus, magnifice rector, fuit in causa, quo minus tibi novum nuper initum magistratum<sup>4</sup> gratularer, non quod praecipue mihi hoc faciendum existimarem, sed quod incredibili laetitia ac optima spe sum elatus aliquid opis iacentibus literarum studiis tuum principatum allaturum<sup>5</sup>, eamque ob rem diutius te hinc abfuisse dolere potuissemus, nisi id e rebus tuis fuisse exploratum habuissemus. Ideoque interim ego, qui morum [zu lesen: omnium?] sum minimus, ne omnino sine spe esset haec studiorum respublica, — quid multa? — illicium<sup>6</sup> obieci, libellum edidi, tibi nominatim inscripsi<sup>7</sup>. In quo et hortatus sum ad amorem studiorum et eius rei aliquot maxima exempla adieci. videbam enim parum posse mea consilia sine istorum nominum clarissimorum testimoniis et plus autoritatis habiturum existimavi, si te in frontispicio gestaret liber. tuum iam erit, optime Sturzi, cogitare primum magistratum te inisse difficillimis temporibus et studiorum et rerum omnium miris modis tumultuantium, eoque diligentius invigilandum tibi esse, ut studiorum ruinam sarcias eaque in re utare communi

1) Oben hatte Reuchlin seine Gegner mit den Harpyen verglichen.

2) Vgl. zuletzt N. Paulus, Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther (Freiburg i. Br. 1903), S. 96 f.

3) Über ihn vgl. zuletzt meinen Aufsatz: Briefe von Georg Sturtz, Beiträge zur Gesch. der Stadt Buchholz VI, 1 ff.

4) St. war am 2. Mai 1523 zum Rektor der Erfurter Universität erwählt worden, vgl. Örgel, Mitteilungen des Vereins für die Gesch. u. Altertumskunde von Erfurt XV (1892), 130.

5) Über den Ausgang des Erfurter Humanismus vgl. Örgel S. 95 ff.

6) Anlockung, Aulockungsmittel; Varr. RR. 3, 16, 22, 31.

7) De non contemnendis studiis humanioribus aliquot clarorum virorum ad E. Hessum epistolae. Erph., 31. Mai 1523. Krause I, 356 ff., Örgel S. 124.

amicorum opera, qui tibi defuturi in tam praeclaro negotio non sumus, deinde sic initum gerendum esse, ut aliquid bonae frugis pariat. potes enim, quae tua est prudentia, facile intelligere id ponderis tam iniquo tempore tibi potissimum impositum esse, quia ei ferendo ex omnibus unus maxime sis habitus idoneus, tum quod Academiae nostrae amatissimum te cognovimus eumque esse indicavimus, qui, si volet modo, possit huic malo mederi vel saltem remorari velut in exilium abeuntes Musas gratiasque humanorum studiorum conservatrices. Quod ut facias, uno ore te rogamus omnes, non modo ego, — quis enim sum? — tuamque fidem obtestamur, nolis committere, ut te laboranti scholae praefecisse unquam nos possit paenitere. meum erga te studium ut aequi bonique consulas te vehementer rogo. quod si feceris, satis felicium auspiciorum hinc sumpsisse nos arbitrabor ad rem quam optime gerendam atque pro salute rei literariae fortiter administrandam. Bene vale ex aedibus meis XI. Kal. Julij 1523.

Tuus Eobanus Hessus.

3. Eoban an Georg Sturz, Erfurt, 7. Mai 1525 (401).

S. Omnia plena tumultuum et tumultus. igitur scribo ex mediis tumultibus ipse minime tumultuosus, sed tamen horum tumultuum particeps<sup>1</sup>. Tuas literas accepi a tuo Simone pictore, optime Sturtiade, ex quibus intellexi eodem te esse et manere erga me animo, quo fuisti semper, id est optimo et aequissimo. nam quod priores te meae literae nonnihil offenderunt, imprudentiae meae adscribebam, qui, quod sentiebam, toto pectore protuli nec verbis rem mitigare potui. sed sic sunt affectus hominum, pene dicerem regum. tu ignosces, id enim tuae humanitatis est, meae modestiae petere, stultitiae non cavisse. Martino Niphan has ad te dedi, qui filium valde *δύσκολον* iterum nostro Huno<sup>2</sup> commendavit multis precibus vix adsequutus, ut in condiscipulatum reciperetur. Ex ipso Niphate intelliges, quid hic rerum agatur. Episcopum Moguntinum eiecimus, non recepturi perpetuo insolentissimum dominum, imo tyrannum gravissimum. Monachi pulsi omnes, vestales extrusae, canonici fugati, templa, imo aeraria spoliata omnia, publicae utilitati consultum, Census, vectigalia, telonia omnia abolita, Libertas reddita. Summatim omnia scribo, nam si membratim velim omnia, epistolarem modum excederem. et audies ex aliis. Reliquum est, ut tu ad nos redeas et tuum Musaeum invisas relictis interim . . istis [überklebt] et vallibus

1) Über das wüste Treiben der Bauern in Erfurt vom 28. April ab vgl. Theod. Eitner, Mitteilungen des Vereins für die Gesch. u. Altertumskunde von Erfurt XXIV, 2 (1903), S. 67 ff. Eoban schrieb auch am 10. Mai und 4. Juni an Sturz (Eitner S. 77).

2) Über Martin Hune Krause I, 241 f.

et montibus<sup>1</sup>. Gratulor tibi foelicem uxoris partum ac nuper natae filiolae vitam precor fortunatissimam. et nunc Regina paritur, paritura opinor τὸν βασιλικόν aliquem<sup>2</sup>. Salutat te reverentissime noster Hunus. plura non licebat, et laus videbatur haec nunc ad te scripsisse. tu rescribes, ubi poteris et ubi voles. Tui omnes valent. Facito, mi Sturciade, nihil secus de Eobano cogites quam de aliquo tuorum maxime tuo idque esse nunquam desituro. quod quia rebus magis quam verbis probare constitui, verbum non amplius addam. Vale ex tumultuosissima Erphordia VII. Maij 1525.

In Idyllia mea venisti et celebratus es spero immortalī carmine paulo post publicando<sup>3</sup>.

Tuus Hesus.

4. Erasmus an Melanchthon, Basel, 5. Februar 1528 (382)<sup>4</sup>.

Doctissimo et eruditissimo viro Philippo Melanchtoni.

S. P. Venerunt huc articuli quidam, sed omissis aliquot in libello, quos tamen pollicebatur catalogus; id quo casu factum sit, miror<sup>5</sup>. Utinam pari studio vitarentur seditionum occasiones et ad bonos mores provocaretur, ut est in defensione suae cuiusque opinionis studium vehemens. Ego quoniam his tumultibus nullum video remedium, subvenio quantum licet bonis literis, quarum tamen exitum mihi videor praesagire. hac in parte tu plus vales et mereris et doctior et felicior, quamquam promovimus et nos non nihil. Qui has tibi reddit, iuvenis est candidissimi pectoris summo apud suos loco natus, quum eruditorum omnium tum tui vehementer amans, quem plane bearis, si dignaberis tuo colloquio. Nomen illi Franciscus Dulfus<sup>6</sup>, mihi domestico convictu

1) St. hatte Anfang 1525 in Joachimsthal eine Apotheke eingerichtet (Krause I, 397).

2) Eobans Gattin gebar als viertes Kind eine „Prinzessin“ (Krause I, 403).

3) Idyllion Erphurdia erschien erst 1528 (Krause I, 402f.).

4) Bisher war nur Melanchthons Antwort vom 22. März (CR I, Nr. 514) bekannt. Erasmus' Brief erhielt Melanchthon in Jena und schickte eine Abschrift am 25. März an Camerarius mit der Bemerkung: „Sunt sane suaves literae, nisi forte irrideor.“ Zugleich bat er um eine Abschrift des von Erasmus an Camerarius geschriebenen Briefes (= unsere Nr. 5). Dem Dulfus gab er ein Empfehlungsschreiben an Konrad Goclenius in Löwen mit (CR I, Nr. 515).

5) Articuli, de quibus egerunt per visitatores in regione Saxoniae. Köstlin-Kawerau, M. Luther II, 29 ff., Ellinger, Philipp Melanchthon (Berlin 1902), S. 225 ff., W. A. 26, 182 ff.

6) Über diesen Antwerpener Juristen vgl. Jöcher, Gelehrtenlexikon II, 125 und Förstemann-Günther, Briefe an Desiderius Erasmus von Rotterdam (Leipzig 1904), S. 338.



probatus spectatusque; nihil illo integrius. Bene vale. Datum Basileae Non. Febr. anno 1528.

Erasmus Rod.  
sua manu scripsit.

5. Erasmus an Camerarius, Basel [5. Febr.] 1528 (384).

Epistola Erasmi Roterodami Ad Joachimum [Camerarium] Litteraturae Graecanicae Professorem Noribergae.

S. P. Non queror de tuo silentio, si modo perseverat vetus in nos benevolentia. Vehementer autem scire cupio, quomodo isthic succedat res litteraria, nam audio parum feliciter, utcumque flagrant opinionum pugnae. Nos certe litterarum ornandarum commune studium habet concordēs, et quod agimus Lovanii, pulere succedit frustra frementibus Theologis ac monachis. Qui has tibi reddit, Franciscus Dulfus, est rara indole, candore pectoris niveo, qui suscepit hoc iter non ob aliud, nisi ut eruditos Germaniae viros coram intueatur. Fac, ut experiatur Joachimum esse talem, qualem illum depinxi. Bene vale. Datum Basil. Anno 1528.

6. Bugenhagen an Jonas, Liebenwerda, 14. Dezember 1533 (1).

Deus pater omnis consolationis<sup>1</sup>, charissime compater, te nunc consoletur consolatione sua, qui omnia erga nos operatur secundum immensam suam misericordiam, quemadmodum nosti diligentibus Deum omnia cooperari in bonum<sup>2</sup>. Novit alios consolandi modos quam quos ei praescribimus, et praeterea novit, quid expediat nobis. Expediit autem nobis, ut committamus nos paternae eius erga nos voluntati, qui pater esse nobis voluit in Christo Jesu domino nostro. Dominus Philippus vult apud nos manere in negotio visitationum<sup>3</sup>. Non opus est, ut venias huc, quia omnes revertemur domum ante natalem dominicum, qui nunc instat, et post nundinas Lipsienses reliquam visitationem perficiemus Deo volente. Sic enim constituit nobis dominus Caspar Minkewize<sup>4</sup>, qui ait se aliter non posse adesse nobis. Interim, charissime compater, ne non sis visitator, visitato aedes domini Philippi,

1) Röm. 15, 5.

2) Röm. 8, 28.

3) Es handelt sich um die zweite Kirchen- und Schulvisitation im sächsischen Kurkreise. Vgl. Burkhardt, Geschichte der sächsischen Kirchen- und Schulvisitationen von 1524 bis 1545 (Leipzig 1879), S. 145.

4) Amtmann von Liebenwerda und Schlieben. N. Müller, Kirchen- und Schulvisitationen im Kreise Belzig 1530 u. 1534 (Berlin 1904), S. 19 und meinen Briefwechsel Georg Helts (Leipzig 1907), S. 94.

Pauli<sup>1</sup>, Christiani aegroti<sup>2</sup>, meas, maxime reverendissimi patris nostri doctoris Martini, et age, quod videtur agendum in consolationem nostrorum. Nos omnes salutamus vos. Orate pro nobis et officio nostro. Dominus sit vobiscum. Ex Libenwerda Dominica III Adventus 1533.

J. B. Pomeranus tuus.

Sit tibi interim commendata nostri D. Antonii<sup>3</sup> causa.

7. Bugenhagen an Jonas „zur Neuenburg“<sup>4</sup>, Wittenberg, 21. Juni 1536 (2).

Gratia Christi sit tecum, charissime compater! Gratias ago tibi summas, quod per me admonitus accinxeris te ad illum translationis laborem<sup>5</sup>. Respondi tibi nuper, quod volebas. Nunc autem mitto ad te epistolam lectu tibi iucundissimam atque adeo integrum tractatum, sed a te solo, sed non satis [?]. Non opus est neque consultum videtur, ut studeas perfectioni, quamquam hic plus assequi possis quam ullus Carthusianus sua perfectione inani et ficta. Haec epistula ut a te scripta contra morem aliarum epistularum osculabitur te et ore constricto gratias aget tibi, aperto vero loquetur de nobis omnia, quae scire volueris, ut non opus sit multa nunc de nobis scribere. Postulas, ut scribam tibi, quod audiverim ex Doctore Martino patre nostro & Doctore Philippo. ego cum coram Philippo dicerem, quam triumpharis contra me commendatione Thuringiae, quod ibi gauderes sanitate<sup>6</sup>, respondit quasi me consolatus: „vinces, ubi uxor ad eum venerit“, quod ut non credo futurum, ita tibi potius totam victoriam cederem quam ut ita vincerem. Habes, quae audivi ex Philippo. Ex patre vero nostro audivi aliquot interim optimas conciones et quatuor in schola lectiones hisce duabus septimanis. Non vacat tibi nunc haec omnia scribere, et, ut verum fatear, numeros memini [?], si verba tenerem. Si isti ioci non tibi placent, non habeo nunc alia, quae scribam. Christus te conservet! Salutatur te meus tractatus et mea garrula febris supra duos menses male tractata. Ex W. 1536 feria IV ante Johannis baptistae.

J. B. Pomeranus tuus.

1) Paul Knod, der „notarius visitationum“. Vgl. Müller S. 21 ff.

2) Christian Düring, der in diesen Tagen gestorben sein muß. Vgl. Nik. Müller, Archiv f. Reformationsgesch. VI, 321 ff.<sup>3</sup>.

3) Robert Barnes. Enders IX, 90<sup>3</sup>, RE<sup>3</sup> II, 414 f., Helt S. 44.

4) Naumburg, wo Jonas 13.—23. April und dann wieder Ende Mai bis September weilte (Enders X, 320<sup>1</sup> u. 350<sup>1</sup>).

5) Jonas hatte Melanchthons Loci theologici übersetzt (Widmung an Kurfürst Johann Friedrich vom 7. Mai 1536).

6) Jonas hatte sich gerühmt, sein Steinleiden sei vino et coelo Thuringico geheilt (Enders XI, 37<sup>8</sup>).

8. Jakob Milich<sup>1</sup> an Camerarius, Wittenberg, 4. Februar 1537 (433).

S. Non dubito, quin ex literis Philippi<sup>2</sup> res nostras intellexeris, tamen quia voluisti, ut mitterem locum de imitatione, volui et ego quaedam ad te perscribere, quae minantur magnam rerum omnium mutationem ac ruinam. Voluntates nostrorum paulatim inter sese dissidere incipiunt, ut, quamquam illud mali non nuper ceptum est, tamen quotidie magis ac magis incrudescit odio ac improbitate quorundam hominum, quibus volupe est spectare haec plus quam barbarica spectacula. et profecto tantum mali impendet, ut existimem haec omnia suo quodam fato in deterius rapi. quidam enim inviti ac reluctantes tamen pertrahuntur eo, ut dissensio in religione periculosissima sit timenda. Philippus una cum Luthero ac Pomerano profectus est ad Comitia confoederatorum<sup>3</sup>. quid isthic acturi sint, ignoratur adhuc. tamen quia vestrates etiam aderunt<sup>4</sup>, ex illis scies omnia. Valde mihi doluit, quod a Philippo discessi<sup>5</sup>. atque si ullo modo sperare licuisset tam celerem abitum, nullo modo ipso relicto discessissem. quamquam illud commodi inde tuli, quod uxori meae parturienti adfui, quae altero post meum adventum filiolum mihi peperit. Nürenbergae triduo substiti. Spero nos brevi uberrime de omnibus rebus collocuturos esse. Uxorem et liberos tuos amanter meis verbis salutabis. Bene vale. Wittebergae Dominica Sexagesimae 1537.

T. Milichius.

## 9. Bugenhagen an Jonas in Wittenberg, Schmalkalden, 13. Februar 1537 (3).

Gratiam et pacem et sanitatem a Deo patre nostro et domino nostro Jesu Christo! Accepimus, venerande Jona, tuas literas ex Torga scriptas, legimus tuas miseras, legimus simul reginae nostrae dominae vere clementissimae erga te humanitatem, oramus ergo pro te, age orato et pro nobis, maxime vero pro summo negotio, quod hic agitur. Legatus pontificis expectatur<sup>6</sup>. Nos suademus non recusandum esse consilium. Sed quid faciant nostri principes et alii, postquam viderunt intimationem papae Romae promulgatam

---

1) Über ihn vgl. zuletzt meine Beiträge II, 146<sup>2</sup>.

2) Vom 20. Januar; verloren (CR III, 239).

3) Am 31. Januar waren sie nach Schmalkalden aufgebrochen (Köstlin-Kawerau II, 384).

4) Bomgartnerus, Ebnerus, Osiander, Vitus (CR III, 296).

5) Bereits am 2. Februar schrieb ihm Melanchthon: CR III, Nr. 1523, dann am 2. März: Nr. 1536.

6) Pet. Vorstius. Enders XI, 193<sup>2</sup>. 199<sup>7</sup>. Vgl. auch G. Kawerau, Die Versuche, Melanchthon zur katholischen Kirche zurückzuführen (Halle 1902), S. 82.

de concilio Mantuano<sup>1</sup>, in qua insunt manifeste haec verba: „Ad extirpationem pestiferae haeresis Lutheranae“ etc.? Mire oderunt nostri principes et confoederati Romanum Antichristum. Heri vocatis nobis praedicatoribus omnibus, quorum hic est non contemnendus numerus, maxime si eruditionem in Christo respicias<sup>2</sup>, iusserunt, ut convenientes concordēs simus in doctrina Christi, quam persequitur bestia Romana cum suo corpore, ita ut consulamus non solum pro isto tempore concilii, sed etiam pro posteris sana doctrina domini nostri Jesu Christi et praeterea manifeste exprimamus et confirmemus scripturam sanctam [zu lesen: scriptura sancta,?] historiis et dictis patrum, quoad fieri licet, illa quae sunt contra papatum, quae dissimulata a nostris sunt in comitiis Augustanis propter Caesarem<sup>3</sup>. Facile ex his videt tua prudentia, quid speres. At spero, quod Deus perget, quemadmodum coepit, ad gloriam nominis sui, etsi nos sumus indigni, id quod orabimus, quemadmodum ipse iussit. Spero futurum, ut in doctrina probe inter nos conveniat. Inter alios sunt hic<sup>4</sup> etiam Osiander, Vitus<sup>5</sup>, Brentius, Adam Fuldensis<sup>6</sup>, Schnepfius, Urbanus regius, M. Paulus Stettinensis<sup>7</sup>, Bucerus, Eobanus poeta, Corvinus, Amsdorffius etc., Doctores, Magistri etc. Aepinum quotidie expectamus. Dicitur etiam legatus Caesaris venturus<sup>8</sup>. De Turca nimium vera sunt, quae hactenus audisti. Nulla pax iam speratur inter Caesarem et Gallum. In Anglia dicuntur illi motus sedati; ibi rex iussit sibi dari centum capita seditionis. Caesar, ut dicitur, conatur ad se trahere Anglum a Gallo. Sed iam cesso, ne praeripiam aliis, qui ad te scripturi sunt. De Thuringiae laude<sup>9</sup> non scribo iam ad te, ne imprudenter arma tradam adversario meo. scripsi autem ad uxorem, ibi leges, ut habeas occasionem visitandi aedes meas et illic consulas et consoleris. Saluta uxorem tuam dilectam commatrem

1) Vom 23. September 1536, vgl. Enders XI, 202<sup>2</sup>.

2) Vgl. CR III, 267, ferner Enders XI, 192, Z. 18 ff. u. 197, 5 ff.

3) Vgl. Osiander u. Veit Dietrich ad concionatores Norinberg., Schmalkalden, 17. Febr. 1537: „Primum autem negotium, quod nobis a principibus fuit iniunctum, duo complectebatur: unum, ut confessionem et apologiam omni genere argumentorum ex sacris literis, patribus, conciliis et pontificum decretis muniremus, alterum, ut de primatu, quae, quod odiosa essent, in confessione omissa fuerunt, diligenter explicaremus“ (CR III, 267).

4) Vgl. die Aezählung CR III, 267 und in dem bei Krause, Helius Eobanus Hessus II, 222 zitierten Brief.

5) Dietrich.

6) Kraft: RE<sup>3</sup> XI, 57.

7) von Roda: ADB 25, 7 ff. Enders XI, 217<sup>2</sup>.

8) Matthias Held. Luther an Jonas 14. Febr.: „Legatus Caesaris heri vesperi ingressus est“ (Enders XI, 200).

9) Vgl. unsere Nr. 7.

meam, filios et totam familiam. Saluta, cum licet, et doctorissam. Christus sanctus te conservet et sit vobiscum in aeternum! Ex Schmalcaldia Franconum 1537 ultima Carnisprivii, cuius stultitiae festum non potui hactenus scire, num hic celebretur, adeo hic omnia fervent nostro negotio, certe artifices insistunt suis operis. Ego fabros vellem feriari vel ad usque diem etc.

Tuus J. Bugenhagenius.

10. Bugenhagen an Jonas, Kopenhagen<sup>1</sup>, 9. April  
1538 (6).

Gratiam et pacem a Deo patre per Christum! Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones<sup>2</sup>. Quorsum infelix exordium, charissime Jona? Noctu nunc tibi scribo, quando interdiu non licet. quid ergo perpetuo in omnibus fere tuis literis me accusas? Nunc nihil scribo, nunc breviores quam velles literas! non negligo officium; si literae meae non perveniunt ad vos, dolete mecum; credo tamen pervenisse. Soleo tibi scribere, quod scio, et fere, ne quid non scias, adiciere reliqua apud patrem Lutherum, reliqua apud Philippum, ut dem etiam vobis vel aliquam occasionem confabulandi de me. Haec tibi nihil sunt, quasi vero tu sis, qui nunquam venias ad Lutherum, nunquam ad Philippum, aut te possit latere, quod scribo ad illos! Tu spem tibi facis, quasi literae vestrae statim, ut scriptae sunt, ad me perveniant. hinc fit quandoque, quae tua sedulitas est et amicitia erga me, ut alteris literis expostules, cur non respondeam, quando priores nondum vidi. errant enim quaedam saepe duobus aut tribus mensibus, antequam ad portum perveniant optatum, forte etiam quaedam nunquam perveniunt. Atque haec incommoda forte etiam meae literae patiuntur. Cogitate me a vobis centum milliaribus et mari separatum! Per hyemem non appulerunt hic naves nisi ex Rostochio, quae vectant cerevisiam. Annon et ego nunc possem tot literis a te doctus expostulare tecum, cur aliquot iam mensibus amico non scripseris? Sed potius volo expectare fortunam meam, ut scribas posthac, quam in hoc te imitari. Sed ad rem! Si videres ecclesias dominicâ, gratias Deo cantares de sincero evangelio et fructu eius. Quin et schola, ut coepit habere bonos professores et lectiones, ita et auditores non contemnendos licet pauciores, unde mihi magna spes est fore, ut et religio hic et bonae artes conserventur. Ingeniis Dani non sunt Germanis inferiores, si excolantur. Haec

1) Am 5. Juli 1537 war Bugenhagen in Kopenhagen angekommen (Vogt, Bugenhagens Briefwechsel. S. 595, Hering, Doctor Pomeranus, Johannes Bugenhagen [Halle 1888], S. 110).

2) Hor. ep. 1, 2, 32.

scripsi ad patrem Lutherum<sup>1</sup>, ut rursus accuses meas literas esse breviores. Sani sumus. Post reditum regis<sup>2</sup> revertar ad vos, postea enim non erit necesse, ut hic diutius maneam. Non possum alia tibi scribere. Haec sunt maxima, sit Christo gratia. Saluta uxorem commatrem mihi dilectam, tibi vero plus, et filios. Salutat vos uxor mea et filii. Christus sit cum omnibus vobis! Ex Copenhagen 1538 feria III post iudica.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus tuus.

11. Bugenhagen an Jonas, Nyeborg auf Fünen<sup>3</sup>,  
27. April 1539 (9).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Mire hic recrearunt me literae tuae, optime compater, cum literis D. Crucigeri et mei Georgii<sup>4</sup>. Plura enim intelligebam de comitiis Francofurtanis quam antea, et non turbasti nunc me, quemadmodum soles literis tuis (sit venia dicto). perpetuo enim his duobus annis, quando saepe scripsisti (de quo summas tibi ago gratias), addidisti: Non scribis, tuas literas iam dudum non vidimus etc. Nunquam vero scripsisti mihi te ullas meas accepisse literas, ita ut suspicarer omnes epistolas meas in itinere interire, et taederet me scribere, nisi saepe aliud ex literis patris Lutheri intellexissem et ex literis aliorum. Id quod saepe multum ademit mihi illius gaudii, quod ex adventu literarum vestrarum concipere voles. Nam quid sentirem, si nunquam literae meae ad vos pervenirent? itaque nunc tandem assuetus tuis illis amicis expostulationibus, qui velles quotidie videre meas literas (non aliter credito me interpretari). cum veniunt literae, primum ex aliorum literis sciscitur, quam [lies: quando] meae ad vos pervenerunt, et iucundissimae fiunt mihi tuae illae expostulationes. Uxor mea quandoque dixit ad me: „Cur hoc facit Jonas?“ Respondi: „quia amat.“ Illa vero: „qui hoc intelligam?“ cui ego: „intelligeres nunquam, si ego vel unum diem coram mutus tibi essem.“ At illa hoc verbo victa „muta“ inquit „responsio“. Sed haec haecenus. Contra caristiam<sup>5</sup>, quae vobis accidit, et contra minas bellorum ego oro, oro et perpetuo pro tua sanitate et ut possis adinteresse venerabili patri nostro Luthero pro me. Omnia hic sunt salva et pacata. Evangelium pergit feliciter. Academia Hafniensis instructa est optimo salario et optimis professoribus.

1) Am 4. Februar: Enders XI, Nr. 2588.

2) Christian III., damals in Holstein.

3) Vgl. Vogt S. 193 u. 596.

4) Röer: N. Müller S. 16 ff.

5) Über die in Wittenberg plötzlich eingetretene Teuerung vgl. de Wette V, 175f. 191. Sillem, Briefsammlung des Hamburger Superintendenten Joachim Westphal I (Hamburg 1903), S. 39.

fere ante mensem discessi ab eis rediturus, sed nunc iratus Balthico mari non minus quam Alexander Magnus reverti illo, quod in me est, non volo. Tollite mihi vestris orationibus ex itinere scandala illa militum, deinde et alias insidias et latrones, alioquin hic diu in isthmo desidendum est. Rex dereliquit me hic apud reginam et virgines, et vivo in deliciis, quas theologi in aulis habere possunt, quas tu potius sustineres atque ego. In die parasceues [4. April]<sup>1</sup> in tertiam usque horam fui Jonas. si tu es melior Jonas, qui possis expectare in tertium diem, veni huc et experire! Non rediit Christus in mortem, non Jonas in cetum<sup>2</sup> nec ego unquam volo redire in Balthicum. et tamen mea caro, dimidium animae meae, uxor et qui supersunt liberi nondum illo periculo defuncti sunt. Spero illis et oro meliora. Hic fuit apud me D. Antonius formosus Anglus legatus<sup>3</sup> missus ad regiam maiestatem, quae legatio per Theologum non potest non esse amica etc. Hoc die domino Doctori, imo rogo te, ut cum D. Crucigero et Georgio presbytero<sup>4</sup> eas ad ipsum patrem nostrum, et ibi legatis meas literas et dicatis de Pomerano vestro. cum rediero, per Deum quotidie tibi scribam literas, ne quid ex me desideres. cupio enim vobiscum gustare similes [zu lesen: siliquas?] istas caro emptas. sed parcat Deus vestrae et meae et miserorum pecuniae, ut minoris emamus. Christus sit tecum cum uxore et liberis et reliquis dominis et fratribus nostris. Ex castro Neuburg inter duo maria sito 1539 Jubilate.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus tuus.

12. Bugenhagen an Jonas in visitatione Misnica<sup>5</sup>,  
Wittenberg, 22. Juli 1539 (8).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Nos hic, optime Jona, recte valemus, et omnia domi tuae salva sunt, sit Christo gratia, et quando non ignoramus, quam odio habet Satan istam visitationem et vestras ordinationes et praedicationes, oramus pro vobis et vestris officiis et publice et privatim. Non terreamini ullo pavore! blasphemias, adversariorum minas, consilia, conatus subvertet Deus in capita ipsorum, Sic cum [lies: Sicut] iam pridem coepit, nisi ingrati hoc ipsum non videamus. negotium [darüber: argumentum:] Christi agitur, et blasphemia illorum cum omni impudentia et iniuria in Christum crevit ad summum. Bene ergo properate! Dominus

1) An diesem Tage hatte B. eine stürmische Fahrt über den Belt (Vogt S. 596).

2) Vgl. Enders VII, 350, Z. 110.

3) Barnes.

4) Rörer.

5) Über die Route der Visitatoren (am 21. Juli von Dresden nach Pirna, am 23. von da nach Glashütte usw.) vgl. Burkhardt S. 234f.

erit vobiscum. idem perficiet, quod coepit, usque ad diem suum. Quod tuae humanitati scribo, et scribo optimo viro et charissimo nobis Spalatino, utinam etiam Friderico Miconio<sup>1</sup>, quem Deus conservet et reddat vobis et nobis! Quia vero vocastis charissimum fratrem meum Aegydius Fabrum<sup>2</sup>, commendo vobis eum et reliquis visitatoribus. tantum non audivi virum concionantem. quid autem possit praestare per Christum, ex eius scriptis publicis iam omnes novimus, ita ut non opus sit ipsi literis nostris commendaticiis apud vos. Christus sit vobiscum in aeternum! Salutat vos uxor mea et filia. Ex Wittenberga 1539 Magdalenae.

Johannes Bugenhagenius Pomeranus tuus.

13. Veit Dietrich an Georg Helt [Nürnberg, Ende Februar 1541<sup>3</sup>] (210).

Caesarem hic habuimus ad triduum. profecto nulla significatio crudelitatis neque in vultu nec in aliis inest. Proximo sabatho homagium ei a senatu et postea a civibus praestitum est, urbem perlustravit et singulari humanitate usus est erga nostros, Sicut ex hac Hieronymi Baumgärtneri scheda intelliges. Sed bonus princeps ita regitur, ita tractatur a sacrificulis et sceleratis episcopis, ut omnes pii doleant eius vicem. Profecto quicquid hactenus cessatum est a saevitia et crudelitate, solus Carolus pro sua ingenti bonitate effecit. Se diligenter purgavit nostris de edicto typis edito, de qua re ad Lutherum scribam, cum erit otium. Audi pulcherrimam historiam! die lunae, antequam venisset Caesar, Ducis Caroli Sabaudiensis sacrificulus<sup>4</sup> venit in meum templum, gestans vasa argentea, cereos et alia ad missam necessaria. Instruxit altare summum. Cum admoneretur a ministris aeditui, noluit ceptam rem [korr. aus esse ob] mittere. Res deferitur ad senatum. Baumgärtnerus venit monens [korr. aus .. nter], ut ille templo excedat et ocius sua colligat, ne fiat in eum impetus a vulgo non laturo impias ceremonias. ita sacrificulus abit.

1) M. war von Leipzig nach Gotha zurückgereist und dort erkrankt: Scherffig, Friedrich Mekum von Lichtenfels (Leipzig 1909), S. 122f.

2) Vorher Prediger in Schwerin: Helt 133<sup>1</sup>, wo auch seine zwei von Luther mit Vorreden versehenen Schriften genannt sind. Eine Biographie des viel umhergeworfenen Mannes werde ich W. A. Bd. XXX, 3 geben.

3) Es kann sich im folgenden nur um den ersten Aufenthalt Karls V. in Nürnberg vom 16. Februar ab handeln. Unterm 6. März bestätigte Melanchthon Dietrich den Empfang eines Briefes *περὶ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος πρώτης* (CR IV, 114). Vgl. ferner Osiander an Jonas am 28. März: „Caesar se nobis satis clementem praebuit maxima papistarum, etiam nostrorum, indignatione...“ (CR IV, 141). — Zum ersten Male schrieb Dietrich an Helt am 26. April 1540 (vgl. Helt Nr. 192).

4) Der Jesuit Peter Faber, der Beichtvater Herzog Karls von Savoyen (L. v. Pastor, Gesch. der Päpste [Freiburg i. Br. 1909], S. 441).



Cum autem senatus dimissus esset, duo ex senatoribus mittuntur ad franciscanos ac interdiciunt, ne vel ipsi missas in clauso templo celebrent aut alios celebrare sinant. Si non possint soli id prohibere, senatum additurum cives eis, qui eos tuerentur. Itaque etiam praesente Caesare in nullo publico loco impia ceremonia habita est. Ipse tamen Caesar in arce, non quidem in sacello, sed in stuba aulae, duas missas quotidie audit, unam suam, alteram mortuae coniugis<sup>1</sup>. Bono principi nihil deest quam pius Doctor. Profecto animum pium et mentem non audio ei deesse, sicut omnia arguunt.

T. Vitus.

S. Mitto aureos decem. de rationibus postea, ubi plus fuerit otii. Hoc unum videtur esse et e religione et e re publica ut scias: Caesarem in iis, quae ad religionem pertinent, ea verba fecisse, talia pollicitum, talem se exhibuisse, qualem nunquam speravimus, atque ut optaremus etiam imposterum [korr. aus impedum] fortassis fuisset. Magna mihi spes est magni aliquid per hunc principem moliri Dominum idque ex gloria nominis sui. Vale.

Hieronymus Baumgärtner.

14. Bugenhagen an Jonas in Halle, Wittenberg,  
25. April 1541 (12)<sup>2</sup>.

Gratiam Dei et pacem per Christum! Ternas tuas literas accepi, charissime compater, quibus ego statim libenter respondissem, si quis ad te abiturus sese mihi obtulisset. Die veneris in paschate [22. April] fui Torgae propter illustrissimum principem Pomeranorum Philippum, sed is primum eo venturus est ad diem Mercurii proximi [27. April], redii ergo huc altera die [23. April] adducens mecum doctorem Mathiam<sup>3</sup> et chirurgum illustrissimi electoris nostri<sup>4</sup> ad venerandum patrem nostrum Lutherum, sed frustra, sit Christo gratia, non enim indiguit medicis, iam melius habens<sup>5</sup>. Heri toto die apud eum fui cum doctore Mathia et chirurgo, edebat, loquebatur multa, gaudebat,

1) Isabella von Portugal, gest. April 1539.

2) Gleichzeitig schrieb Luther an Jonas: de Wette V, 347f.

3) Matthäus Ratzeberger (RE<sup>3</sup> XVI, 471f.).

4) An demselben 25. April dankt Luther dem Kurfürsten, „dafs sich E. K. F. G. meiner alten bosen Haut so herzlich angenommen und aus so gnädiger Sorge Ihr K. F. G. eigen Leib- und Wundarzt zu mir geschickt“ (de Wette V, 348). Zugleich behandelten Luther Dr. Georg Curio (de Wette V, 348f. ist beide Male statt Cubito Curio zu lesen, de Wette VI, 590<sup>4</sup>, Kroker, Neujahrsblätter der Bibliothek und des Archivs der Stadt Leipzig IV [1908], 51) und „M. Andres“ (de Wette VI, 590<sup>4</sup>, 642).

5) Über Luthers Krankheit April bis Juni 1541 vgl. Köstlin-Kawerau II, 536.

omnia audiebat, quae dicebamus, bis est egressus in hortum extracivitatem<sup>1</sup>, sperant omnes profuturam ipsi hanc aegritudinem. De comitiis non alia scimus quam quae iam ante nosti. Hic omnia per Christum agunt quemadmodum te praesente. Nos hic oramus, ut, quod Deus isthic per vos coepit, provehat et perficiat pro sua erga nos bonitate et conculcet brevi satanam sub pedibus nostris. Si tibi placet meus fur calicis<sup>2</sup>, redde eum latinum, cum licet, propter alias nationes! muta quaecunque volueris etc. De Wulffgango<sup>3</sup> per Ambrosium<sup>4</sup> consensi consistorialibus, ut fiat quemadmodum vir [lies: vis], si ipsi ita voluerint. Ego hactenus pro nullo alio sollicitus fui, sed miserebat me valde illius ecclesiae, pro qua Christus mortuus est, cuius querelas cogebam audire iam in alterum pene annum. Saluta amanter meum M. Andream<sup>5</sup> et eum redde vobis [lies: nobis] et sponsae suae cum licet. Christus sit vobiscum et cum ista ecclesia in aeternum. Ex W. 1541 altera post Quasimodogeniti.

J. B. Pomeranus tuus.

Quod liberatus es a gravi et pene desperato calculi morbo, ut intellexi ex patre Luthero, gratias ago patri domini nostri Jesu Christi. De parvulo quod scribis habes illud: sinite parvulos etc.<sup>6</sup>.

15. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 4. Mai  
1541 (18).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Cum [lies: Cur] non licuerit nobis, charissime compater, isthuc tibi mittere praepositi Hennebergensis generum et illum Misnanicum<sup>7</sup>, ex literis etiam venerandi

1) Über Luthers Gärten Seidemann, Zeitschr. f. d. histor. Theol. 1860, S. 498 ff. 514 ff. und Buchwald, Luther-Kalender 1909, S. 75 ff.

2) Wider die Kelchdiebe 1532. Hering, Doktor Pomeranus, Joh. Bugenhagen, S. 89 f. Geisenhof, Bibliotheca Bugenhagiana (Leipzig 1908), S. 321 ff.

3) Vielleicht identisch mit dem M. Wolfgangus Enders IX, 362, der aber nicht Wolfgang Höfler sein kann (Enders VII, 189. 209). Dagegen könnte dieser hinter dem Magister Wolfgangus Enders VII, 178 stecken. Vielmehr ist in unserem Briefe und Enders IX, 362 vielleicht der 1542 als Pfarrer in Weisfenfels (de Wette V, 428) erscheinende Magister Wolfgang gemeint.

4) Berndt: Köstlin-Kawerau II, 679 unten und Enders XI, 352<sup>2</sup>.

5) Hügel: Kawerau, Jonas II, S. XLIII f., Enders IX, 359<sup>1</sup>, Hertzberg, Halle II, 168, Buchwald, Wittenberger Ordiniertenbuch I (1894), Nr. 30.

6) Matth. 19, 14.

7) Ich vermute, daß Kembergensis zu lesen ist. Dann ist (wie de Wette V, 442) Matthias Wanckel (ADB 41, 137 f.) gemeint, der am 14. Juni 1540 (de Wette VI, 265 vgl. Kawerau, Jonas I, 395

patris nostri Lutheri intellexisti <sup>1</sup>. Ego cum utrumque heri conveni, Musmannicus respondit, quae ante novi, se hic agere in studiis salario marchionis Georgii et quotidie expectare, ut vocetur domum, praeterea esse domi suae alia impedimenta, quo minus liceat ipsi nunc ad vos hinc abire, alter causatur se domi habere duodecim discipulos suae fidei commissos et quaedam alia. Iussi ergo ipsos hac de re consultare et hodie mane redire ad me, redierunt, eadem dixerunt, nempe se non posse hoc munus subire. Dominum praepositum cum suo genero misi ad patrem Lutherum, is etiam suscepit excusationem eius, id quod ex literis patris nostri (qui iam satis bene habet et rursus scribit in Ezechielem <sup>2</sup>) intelliges. Non possumus igitur nunc consulere isti ecclesiae per hos duos, etiamsi vel maxime velimus. Inexperti vobis isthic non prosunt. curato ergo, ut ex ecclesiis alibi iamdudum bene constitutis viri, qui aliquamdiu praefuerunt sacris ministeriis, accersantur, ut isthic sint vel ad tempus aliquod vel perpetuo. Pro superintendente aliquo summa tibi sit cura, nec postrema pro scholis, quae omnia tu melius nosti. nos oramus pro te et pro ista ecclesia et pro comitiis imperialibus et contra furores et artes adversariorum. Confide, Dominus erit tecum, ipsum oremus, ut mittat operarios in messem suam <sup>3</sup>. venerandum senem Dominum Doctorem Militem <sup>4</sup> hospitem tuum, Christi confessorem <sup>5</sup>, reverenter meo nomine salutato et eius familiam. Qui susceperit

---

und Sillem, Briefsammlung des Joachim Westphal I [Hamburg 1903], S. 105) die älteste Tochter des Bartholomäus Bernhards (ADB 2, 459 f.) heiratete. Noch am 10. März 1542 (de Wette V, 442, Kawerau II, 69) schrieb Luther an Jonas, daß er ihm Wanckel nicht als Proto-diakonus schicken könne. Am 26. August aber konnte Jonas ihn als ersten lutherischen Pfarrer zu St. Moritz in Halle einführen (vgl. auch Hertzberg, Halle II, 177). Die Zwickauer R.S.B. (XX. VIII. 176) besitzt ein Exemplar des von Wanckel mit Widmungsschreiben an Bürgermeister und Rat von Halle vom 27. Dezember 1545 herausgegebenen Lutherschen Sermons über Joh. 5, 39, das auf dem Titelblatt unten folgende Dedikation von Wanckels Hand aufweist: *Dono dedit Suo Grego: M. Mathias W[anckel] H[amelburgensis]*. — Wer aber ist der Misnanicus oder Musmannicus?

1) Vom 3. Mai: de Wette V, 352. Wenn Luther hier über Mangel an Geistlichen in Wittenberg klagt: „M. Joannes Capellanus abiit, abiit Petrus“, so meint er wohl Joh. Mantel, der kindisch und stumpf geworden war (Buchwald, Zur Wittenberger Stadt- und Universitätsgeschichte, S. 157; gestorben ist übrigens Mantel erst im Winter 1542/43, vgl. Kurfürst Joh. Friedrich an Schösser von Gotha 30. April 1543, Weimarer Archiv Reg. Mm. 419), und Peter Hesse.

2) Vgl. den folgenden Brief von Bugenhagen.

3) Matth. 9, 38.

4) Erhard Milde, gest. 17. Juli 1541: de Wette V, 360, Kawerau II, 25. 38f. Hertzberg II, 160<sup>1</sup>.

5) Vgl. Hertzberg II, 69 ff. und meine Beiträge zur Reformationsgeschichte II, 115 f.

prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet<sup>1</sup>.  
Christus sit isthic vobiscum in aeternum!

Ex W. 1541 feria IV post misericordias domini.

J. B. Pomeranus tuus.

16. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 12. Mai  
1541 (20).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Utinam, charissime Jona, Deus extrudat isthuc operarios in messem suam, ut non solus fatigeris! Nos hic oravimus pro ista ecclesia et pro te. Ex comitiis imperialibus constanter adhuc scribitur nobis de Caesaris clementia, sed incipiunt illic conciliationes facere de iustificatione, quas sincera doctrina non sustinere potest. Nihil enim aliud erunt quam obscuraciones beneficii Christi etc. Hae sycophantiae, fuci, sophisticationes, obscuritates, calumniae graviter exercent nostrum Philippum, nihil tamen promovebunt Deo protegente. nam Evangelium nostrum adeo apertum est, ut illis nebulis tegi non possit etc. Pater Lutherus adhuc debilis tamen melius habet<sup>2</sup>. scripsit annotationes non contemnendas ad finem Ezechielis et 12. Cap. Danielis<sup>3</sup>, quae excuduntur cum Bibliis<sup>4</sup>. Tuum consilium de praedicatore Herzbergensi iam dudum ante Michaelis ego primus attuli. Ex Jessen ad te Philippum [?], qui respondit sibi non placere talem permutationem. Nunc autem ante tres dies, cum consistoriales et ego iussu principis propter aliam causam essemus congregati apud patrem Lutherum, motus precibus uxoris tuae, quemadmodum et antea per magistrum Ambrosium<sup>5</sup> mandaveram, consistorialibus dixi palam mihi placere, ut Herzbergensis fiat pastor in Sida. Mox pater Lutherus dixit: „quamdiu conveniret ita utrumque?“ „nihil referret“, inquam, „siquidem brevi postea separarentur. interim, qui nunc Pastor est, discederet ab illo suo affine [zu lesen: officio?], tantum ut possit praeferrari alii ecclesiae vel rusticanae.“ Hic Lutherus pater statim dixit sententiam: „Nec mihi nec tibi“ et proponit consistorialibus pastorem Pirtinensem vocandum ad officium ecclesiae Sidoniensis. Secundum sententiam doctorum concludit totum consistorium<sup>6</sup>. Ubi hoc erat actum, agenda erat

1) Matth. 10, 41.

2) Vgl. den Brief Bugenhagens vom 25. April.

3) L. schrieb damals eine neue längere Vorrede zu Ezechiel und eine Erläuterung des vom Propheten entworfenen Tempelbildes, ferner eine Erklärung des 12. Kapitels des Daniel.

4) Die zweite Hauptausgabe von Luthers deutscher Bibel erschien Sommer 1541 (Köstlin-Kawerau II, 586).

5) Berndt.

6) Leider ist es mir nicht gelungen, diese Stelle aufzuhellen. Bugen-

mihi alia fabula, quam tamen inanem sciebam futuram, sed altius repetam. Cum accusabatur pastor Sidoniensis, suspicio erat quorundam de me, quasi ego hoc agerem, ut pastorem facerem M. Funcken, de quo ne cogitarem quidem, sed longe aliud cum D. Philippo constitueram de M. Funcken. Et hac delatione per quosdam gravabar apud patrem Lutherum. postea tu ex Halla scripsisti ad M. Ambrosium, ut ipse mihi dixit, tibi dictum, quod vellemus M. Froschelium intrudere in illud officium, de quo nemo nostrum cogitaverat, ne ipse quidem Froschelius. Attamen ubi ipse Froschelius haec rescivit, accepta occasione ex tuis literis apud Vitum Amerbachium<sup>1</sup> consistorialem egit, ut liceret ipsi accipere parochiam, sed tamen ut beneficium, ut apud nos maneret et illic omnia per vicarium ageret, optime sibi, sed non Christiane consulens. Ad me vero ante quatuor dies misit con-

hagen hatte dem Konsistorium den Prediger von Herzberg als Nachfolger des angeklagten Pfarrers von Seyda vorgeschlagen. Es ging aber vielmehr Luthers Vorschlag durch, daß der pastor Pirtinensis [d. h. doch wohl von Prettin] dahin berufen werden sollte. Als der Pfarrer von Seyda angeklagt wurde, war Bugenhagen verdächtigt worden, daß er dies betreibe, um „M. Funcken“ an jenes Stelle zu bringen. — Hierzu ist nun zunächst hinzuzunehmen, was Luther am 22. Mai an Jonas schreibt (de Wette V, 360, Kawerau II, 21): „De Zidoniensi ecclesia et Herzbergensi Diacono sic habe: Postquam Pastor Zidoniensis simpliciter est amovendus et Hertzbergensis iunior videatur commissariis, est Pomeranus inclinatus et affectus eum vocare huc Witenbergam ad Capellani officium, si voluerit.“ Hieraus ergibt sich folgendes: 1. Der Seydaer Pfarrer sollte mit schlichtem Abschied entlassen werden; 2. der Herzberger Prediger erschien den Kommissaren für die Pfarre von Seyda zu jung; 3. Bugenhagen wollte ihn nunmehr als Diakonus nach Wittenberg holen. — Um welche Personen handelt es sich in den beiden Briefen? 1. Über den Pfarrer von Seyda und sein Vergehen und über den Pastor von Prettin (Severin Schultze, Enders XI, 244<sup>2</sup>?) habe ich nichts ermitteln können; 2. der pastor Herzbergensis ist entweder der frühere Stadtschreiber von Herzberg Joh. Petzholt, der am 18. Januar 1540 zum Predigamt nach Herzberg ordiniert wurde (Buchwald, Ordiniertenbuch I, Nr. 146) — der konnte aber kaum den Kommissarien als zu jung erscheinen — oder Georg Scharf, von dem Luther am 10. Mai 1540 an den Kurfürsten schrieb, daßs er von der Universität als Prediger nach Herzberg gezogen sei (Burkhardt, Luthers Briefwechsel, S. 354; er heiratete Dorothea Tanberg: Enders VII, 3, vgl. ferner Kreyffsig, Album der evangel. Geistlichen im Königreich Sachsen<sup>2</sup> [Crimmitschau 1898], S. 184); 3. über Funck vgl. zuletzt RE<sup>3</sup> VI, 321—323. Einiges Licht auf die ihm betreffende Stelle in unserem Bugenhagenbriefe wirft ein Eintrag im Wittenberger Ordiniertenbuch vom 12. Januar 1541 (Buchwald I, Nr. 263): „Mgr. Joannes Funck von Nürnberg aus dieser vniuersitet beruffen gen Seyda zum Pfarambt“; „Pfarambt“ ist durchstrichen und darunter geschrieben „Priesterambt“. Kam Funck im Januar 1541 als Prediger nach Seyda, konnte er ein paar Monate später recht wohl für das Pfarramt in Betracht kommen.

1) Enders V, 364<sup>1</sup>.

sulem Hieronymum Crappen<sup>1</sup>, per quem rogat, ut, quando diu servivit nostrae ecclesiae, agnoscerem me debere ipsi illud a consistorio impetrare. Respondi ecclesiam illam nondum vacare pastore et adhuc rem agi in consistorio, mihi videri, quod praedicator Herzbergensis futurus sit pastor Sidoniensis. Si tamen aliud constitutum fuerit, me libenter acturum, ut Froschelius illam ecclesiam suscipiat, vero illam conditionem adiectam, quod per alium vellet curare ecclesiam, nulli bono viro placituram. Cum igitur illud „nec mihi nec tibi“ esset susceptum, ut dixi, et propositus pastor Pretinensis, proposui ego, quemodmodum rogaverat consul noster, M. Froschelium. placuit omnibus, ut merito daretur illa parochia, sed conditionem adiectam ridebat pater Lutherus et omnes. tamen hoc dicebant mecum: Froschelius assuetus civitatibus non suscipiet officium illud, tamen habeamus illi hunc honorem, ut primum hoc illi et prius quam aliis offeramus. Abimus ergo recta, sed D. Benedictus<sup>2</sup> in platea dixit: „oportet me ire ad murum, ut videam aediculas meas.“ Nos vero diximus: „idem est iter, nos omnes ibimus tecum.“ cum autem venissemus ad aedes Froschelii, dixi: „habeamus ei hunc honorem, ut communiter omnes hoc ei offeramus.“ Placuit, obtulimus viro, is ait se deliberaturum. Postea respondit: Nisi cum illa conditione acciperet ecclesiam, se non posse agere apud rusticos. Ego eodem die omnia dixi tuae uxori, quemadmodum acta erant. Sed vide, quam speciosam speciem altera die Satan quaesierit contra me, ut confirmaret tibi suspiciones, quas nescio unde conceperas de me, quasi ego non sincere et candide in hoc negotio agerem, de quo, sit Deo gratia, non sum mihi conscius. M. Froschelius invenit uxorem tuam in schola virginum<sup>3</sup>. ibi coram D. Jacobo<sup>4</sup>, ut dixit mihi uxor tua, et

1) Enders X, 170<sup>3</sup>.

2) Pauli: N. Müller S. 11 ff. (S. 13: 1539 Mitglied des Konsistoriums).

3) Mädleinschulen in jeglicher Stadt wünschte Luther in den Schriften An den Adel, An die Ratsherren und in der Leisniger Gemeindeordnung (Köstlin-Kawerau I, 330. 547. 550). Über die Wittenberger Mädchenschule ebd. II, 37, ebd. u. S. 39 über die Eislebener und Grimmaer Mädchenschule.

4) Millich? Oder Schenk? Letzterer war zwar am 1. März 1541 nach Leipzig übergesiedelt, er könnte aber damals in Wittenberg zu Besuch gewesen sein. Zu der Vermutung, daß Schenk hier gemeint sein könnte, stimmt eine Stelle aus einem Briefe Spalatin an Kurfürst Joh. Friedrich vom 12. November 1537 (Weim. Archiv Reg. O 492, Nr. 4, vgl. Buchwald, Zur Wittenberger Stadt- und Universitätsgeschichte, S. 130), aus der hervorgeht, daß sich Schenk für die Wittenberger Mädchenschule besonders interessierte; er hatte danach die Maidleinschulmeisterin (Else von Kanitz vgl. Kroker, Katharina von Bora [Leipzig 1906], S. 45 f.?) gebeten „vmb ein Vortzeichnis ... wie man die meydleinschule zu Wittenberg halte, mit der antzeige, villeicht zu Freyberg auch eine darnach anzurichten“.

coram tua uxore dixit: „venerunt congregati multi et obtruserunt mihi ecclesiam Sidoniensem, bona doctorissa. Ego scilicet agerem contra D. Jonam? Nequaquam hoc faciam (quasi vero nos alii cum patre Luthero faceremus contra D. Jonam!). ego non acciperem singulis annis sexcentos aureos et habitarem ibi.“ Respondit tua: „tamen D. Pomeranus dixit mihi te hoc postulasse per consulem.“ respondit ille: „ego hoc consuli non mandavi, sine me fecit hoc, scribite Domino D. Jonae etc.“ Audis, charissime Jona, vanitatem. Credo, quod ita voluerit tibi gratificari, nobis vero reddere malam mercedem, ut ex tuo episcopatu illi reddas nescio quid. Haec volui scribere, ne putes Pomeranum alium esse quam semper cognovisti. sincere volo agere in omnibus, maxime in istis ecclesiarum negotiis. Hoc velit Deus! salutat te mea uxor et filii. Christus sit tecum. ex W. 1541 feria V post iubilare.

J. B. Pomeranus tuus.

17. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 25. November 1541 (25).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Semper scribis, charissime compater, laeta de cursu isthic Evangelii, quales literas ut nosti et ego libenter scribere soleo, de quo ex animo gaudeo et toto corde gratias ago Deo atque oro quotidie pro te nominatim et pro Evangelii incremento, oro et etiam pro uxore tua, liberis, familia et domo, ut bene habeant, ne tu habeas tristitiam super tristitiam<sup>1</sup>, sed fortis sis in Domino ad perficiendum opus Christi. Qui ergo fieret, ut ne tantilla quidem re tibi commodus esse nollem, scilicet ut non mitterem ecclesiae nostrae ordinationem<sup>2</sup>, quemadmodum tu suspicaris? Accidit mihi nescio quid (nam adhuc bene spero), quod neque tibi scribere neque cuiquam ausim dicere. Eodem tempore, quando primum postulabas ordinationem, quidam ex amicis nostris per literas nomine sui principis nobis summe fausti petit, ut mittam ordinationem principi ipsi. mitto nostrum librum sigillo meo obsignatum rogans, ut quam primum per fidelem tabellionem remittat, quod in eo libro sint quaedam secretiora nostri thesauri etc. Non rediit liber, metuo amissum. reposcam ergo librum. interim, charissime compater, habe mecum patientiam. ego quandoque omnia reddam tibi, quae debeo, multo melius quam ille servus nequam in Evangelio<sup>3</sup>. Agnosco enim me hoc tibi et isti ecclesiae debere. Sa-

1) Phil. 2, 27.

2) Gemeint ist wohl die Wittenberger Konsistorialordnung (Burkhardt, Visitationen, S. 202).

3) Matth. 18, 32.

luta charissimam uxorem tuam et filios. Salutatur vos mea. Christus sit cum omnibus vobis. Ex W. 1541 Catharinae.

J. Bugenhagenius Pomeranus tuus.

18. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 18. Dezember 1541 (13).

Gratiam Dei et pacem per Christum! ordinatio<sup>1</sup>, charissime compater, nondum rediit ad me, unde anxius sum animi, quemadmodum nuper tibi scripsi. Ego iam fere duos menses insignem dolorem sentio in brachio sinistro. heri autem, cum legebam literas tuas, melius mihi habere visus sum, gavisus cum sim in domino, et gratias egi de gratia et cursu evangelii isthic, quemadmodum scribis, et pergo orare, ut Deus isthic per te pergat promovere Evangelium gloriae Christi sedentis ad dextra patris et adimplentis omnia<sup>2</sup> ad gloriam suam et salutem multorum confuso regno satanae et blasphemiiis papisticis. Hodie in concione oblata est mihi scheda significans, quod debeam orare pro Cesare, qui sit in summo periculo, quod feci diligenter commonens et commovens totam ecclesiam nostram, ut oret pro optimo Cesare etc. ubi descendi, interrogavi Philippum meum: „quidnam est hoc?“ „ad principem meum“, inquit, „allatum est naves Caesaris ultra centum periisse, unam post longas ambages salvam rediisse, quasdam forte tempestate disiectas, ut fit; ignorari, num Caesar salvus sit.“ Bone Deus, quid hoc sibi vellet hoc tempore? Et ex Hungaria tristitia adferuntur nescio qualia<sup>3</sup>. orandum igitur est nobis et ecclesiis nostris. Ego oro pro te, tu orato etiam pro me. saluta uxorem tuam pudicissimam et liberos. Salutatur vos uxor et liberi. Christus sit cum omnibus vobis! ex W. 1541 dominica post Luciae.

J. Bugenhagenius Pomeranus tuus.

19. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 22. Januar 1542 (17).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Duos mitto, charissime Jona, ut petis, diaconos, non semper tales missurus, quia non licet semper tales habere, ut nosti. alter Johannes<sup>4</sup> fere per

1) Vgl. Bugenhagens Brief vom 25. November.

2) Eph. 4, 10.

3) Vgl. die Nachrichten aus Algier und Ungarn in Luthers Brief an Jonas von demselben Tage, de Wette V, 414f., auch Hieronymus Wellers Brief an Jonas vom 31. Dezember, Kawerau II, 59.

4) „Joannes Gibel vonn Staffelstein, aus dieser Vniuersitet beruffenn inn vnser Kirchen zum Priesteramt, auch auffn Dörffern zu predigen“ (6. Juli 1541; Buchwald, O. B. I, Nr. 321; vgl. auch de Wette VI, 514<sup>9</sup> und zu seinem Amt Germann, Beiträge zur sächs. Kirchen-



annum fuit meus diaconus in rure, ita tamen, ut in hac ecclesia sextis feriis praedicaret, confessiones audiret, missas caneret, id quod potest egregie, et sacramentum eucharistiae publice administraret. Alter Franciscus duobus annis fuit concionator in Spirmberg et hic saepe praedicavit<sup>1</sup>. In hoc cupio gratificari isti ecclesiae. non possumus nunc vobis mittere meliores. Vestrum isthic fuerit curare de victualibus, ut possint apud vos permanere. Miror, quod tam dives civitas non possit habere praedicatores<sup>2</sup>. Sed ais: Deus hactenus non dedit etc. Volui iam dudum, charissime compater, te donare grato munere et donasse me somniabam, sed nuper inter chartas meas reperiens dixi: „Quid tu hic adhuc delitescis? Non es apud Jonam meum?“ ecce nunc tibi hoc ipsum munus, praefationem Philippi in Jeremiam<sup>3</sup> ipsius manu scriptam, quam dono tibi. ego eam exscripi manu mea, quia in Jeremiam nova scribo commentaria ore [lies: ex ore oder ope] veterum sociorum etc.<sup>4</sup>. Saluta uxorem et filios! Salutat vos uxor mea. Christus sit nobiscum in aeternum! Ex Witteb. Vincenzii 1542.

J. B. Pomeranus tuus.

20. Bugenhagen an Jonas, Wittenberg, 18. August  
1542 (26).

Gratiam Dei et pacem per Christum! Abeo Brunsvicum<sup>5</sup>, charissime compater, vocatus ab illustrissimo electore nostro. Postquam enim Dei erga nos benignitas totam terram Brunsvicensem dedit principibus duobus, ut nosti, volunt ipsi non ingrati esse Deo et plantare illic Evangelium gloriae magni Dei. Ideo vocavit me princeps, ut faciam illic ordinationes ecclesiasticas. orate fideliter pro me et hoc negotio, ad quod vocor. Nam anxius sum nunc non minus quam ante in aliis vocationibus, ut quod tu quandoque in me vidisti. Christus sit tecum cum uxore et liberis tuis et cum ista ecclesia in aeternum. Ex W. 1542 Agapiti.

J. B. Pomeranus tuus.

geschichte XIV, 41). Gest. September 1543 an der Pest (Kawerau II, 110)?

1) „Franciscus Scharschmidt von Weida, allhie Setzer, Berufen gen Spremberg zum predigambt“ (7. Dezember 1539; Buchwald, O. B. I, Nr. 124).

2) Vgl. das Lob der Hallenser wegen ihrer Freigebigkeit in der Bezahlung der Geistlichen: Kawerau II, 58 (freilich dagegen wieder S. 158 ff.).

3) CR XIII, 807 ff.

4) Bugenhagens Commentarius in Jeremiam prophetam erschien 1546 mit Widmung vom 16. Januar (Vogt S. 609, Geisenhof S. 387 ff.).

5) B. reiste am 20. August ab; Vogt S. 602, Hering S. 131.

(Schluss folgt.)